

D. O. M. A.

DE

ORIGINE ET IVRE

PATRICIORVM,

de la lib. & Colég. major LIBRI TRES, *Alcuena*

EX CONTINVA ROMANORVM,
GRÆCORVM, & GERMANORVM, ALIA-
rum item Gentium ac Civitatum historiâ, nec non
Scriptoribus Philologis, Politicis, & Jurisperitis, mul-
to labore collecti, & tandem in gratiam Patri-
ciorum, Jurisque publici Studio-
forum editi,

à

JOHANNE JACOBO DRACONE, Lorâ-
Franco, J. U. D. Consiliario, Scabino, & Professore
Saxo-Coburgico.

Adjectus est, ob Materiae cognationem,

DISCVRSVS ELEGANS, IVRIDICO
POLITICO-HISTORICVS,

Qui explicat

L. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur.

AUTORE

Viro Nobilissimo & Magnifico,

DN. JOHANNE CHRISTOPHORO ÖLHAFIO, Patricio
Norico, JC. Com. Palat. & Consiliario Cæsareo,
Saxonico, Norico, &c.



BASILEÆ,

Typis & sumptibus JOH. JACOBI GENATHI. 1627.



VIRIS
MAGNIFICA NOMINIS AUTORITATE,
ILLUSTRIBUS, GENEROSIS,
&

Nobilissimis Natalium originibus,
Celeberrimâ Virtutum exquisitissimarum famâ,
Literarum, Linguarum, Experientiæ,
Prudentiæ, & Humanitatis
laude insigni

Præclarissimis, Amplissimisq;
Primariarum SUPERIORIS GERMANIÆ
Liberarum, Imperialiumq;
Civitatum,

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
NORIMBERGÆ,
ULMÆ,

DOMINIS CONSULIBUS &
SENATORIBUS,

Dominis & Patronis suis submissè, devotè &
officiosè colendis,

Hosce suos de PATRICIIS commentarios
eâ, quâ par est, animi observantiâ
Dicat & inscribit

JOHANNES JACOBUS DRACO,
J. U. D. Consiliar. Scabin. & Pro-
fessor Saxo-Coburg.



D. O. M. A.

D E

ORIGINE AC JURE PATRICIORUM.

P R O Æ M I U M.



IN speciosum illibatæ nostræ Themidis corpus
 intuenti, non una in parte occurrit Patriciorum
 mentio. Cogitavi, quâ de causâ hæctenus nemo de
 eorum ortu ac jure, certam aliquam tractationem
 instituerit edideritque, cum tamen ea res dignissi-
 ma esset, quæ exquisitis Juris publici consultorum
 calamis delinearetur. Ego sanè huic studio sæpius optavi Ficheri ju-
 dicium, Goldasti industriam, aut Besoldi alicujus vigilias, ratus, vix
 alius posse ingenio tam nobilem materiam dignè elaborari. Tantum
 aberat, ut animo constituerem meo, tantæ moli impares & ætate &
 rerum experienciâ vires ipsummet tentare. Post plurimas tandem
 frustraneorum votorum fluctuationes, domestica pervicit audacia,
 cui se comitem adjungebat alia occasio. Cum enim non longo ab
 hoc tempore, studiorum meorum domicilium mutarem, quodam
 quasi fato ductus in eum deveni locum, in quo cum Patriciis Adole-
 scentibus, non solum iisdem Musis litandum, ac familiari convictu
 utendum erat: sed etiam nonnulli eorundem, ut bonis literis infor-
 marem, meæ fidei committebantur. Accessit Patronorum favor, pa-
 triciâ dignitate insignium, & quam uberrimè expertus fui, juvandi
 studia promptitudo. His excitatus stimulis, mihi amplius quid, ac æ-
 quum fortè erat, tribuere cœpi, & quod, ab aliis ut fieret, votis expe-
 tiissem, privatæ industriæ laborem constitui. Quâ in re, si vobis, Le-
 ctiores benevoli, ingenii mei terminos materiæ dignitas excessisse vi-
 sa fuerit, condoneatis, quæso, aliquid juvenili ardori, viam arduam &
 nullis penè vestigiis antehâc tritam percurrere festinanti: & sicubi
 errores, vel alia minùs comtè dicta occurrerint, æquissimi Prætoris
 restitutionem, quâ nondum mea ætas exclusa est, haud difficulter
 permittatis. Si verò, quod sperare mihi sinè arrogantia notâ liceat,

D. O. M. A.

DISCURSUS HISTORICO-POLITICO-
JURIDICUS:

De sensu celebris illius Q. Mutii Scævolaë dicti:

*Turpe est, Patricio & Nobili, causas oranti, Jus, in
quo versatur, ignorare. l. 2. §. 43. ff. de
orig. Jur.*

Habitus, ALTORFI, in Confessu admodùm celebri,
tàm Procerum Senatûs Inclytæ Reip. Noricæ,
quàm Academici ibidem, &c.

Die XIII. FEBRUARI,

Anno M. D. C. X X V I.

Cùm,

ex Fratre ejus Nepoti, summus, in UTROQUE JURE,
Gradus, decerneretur:

à


Viro Nobilissimo & Magnifico,

DN. JOAN. CHRISTOPHORO ÖLHAFIO,
de Schölnbach, &c: Patricio Norico, JC^{co} Com:
Palat: Cæs: Academiæ pro Cancellario, Inviçtiss:
Imp. Ferd. 2. Illustrissimorum Saxonix Ducum,
Reipub. Noricæ, utpotè Patriæ, aliorumq;
Imperii Statuum, Consiliario, &c.



B A S I L E Æ,

Typis IOH. IACOBI GENATHI. 1627.



D. O. M. A.



PROPOSUERAM mihi, Viri Excellentissimi, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Reverendissimi Clarissimiq̄ue: Auditores omnium ordinum & dignitatum honoratissimi: tuq̄; florentissima Studiosorum corona: Proposueram, inquam, mihi, præfationis loco, genera illa dignitatum & honorum, quibus nuper, in officii hujus mei ingressu, novo fortassis stylo, meritò tamen incomparabili, tam Docibiles, quam Dociles, in hac almâ Universitate, rectè compellare mihi visum fuit, enucleatim declarare: simul ac, per singulas facultates, artes & scientias, vel Nobilitate subjecti, vel demonstrationis confirmatione, secundum doctrinam Aristotelis, ostendere: Jurisprudentiam, reverà, dici & esse, Divinarum atque Humanarum rerum Notitiam. Verùm, quàm-primum, sacratissimum Juris nostri Civilis Corpus, in manus sumerem, (placuere enim mihi semper Fontes legum limpidi, præ rivulis Glosographorum turbidis) & scaturiginem totius vasti juris Oceani, eminùs tantùm contemplerer: simulq̄; Necessitudo, quæ mihi, cum Candidato juris, D. THOBIA ÔLHAFIO, ex fratre, mihi semper dilectissimo, Nepote charissimo, summa intercedit, ob oculos, continuo, obversaretur: incidi, ecce, bono, uti opinor, Fato, in ipso q̄. limine, sub tit. ff. de orig. Jur. in dictum illud Quinti Mutii Scævola, aureum: Turpe esse, Patricio & Nobili, causas oranti, Jus, in quo versatur, ignorare, &c. Quod, etsi in omnium ferè ore, adeò ut libris etiam Amicorum inscribatur, tamen, ob quædam recondita, ansam mihi dedit, penitiùs aliquantulum, eâ de re, cogitandi. Et quidem:

I. Quid, sub vocabulis istis: Patricii & Nobilis, Jctus Pomponius, in libro suo singulari, comprehendere voluerit? Et: quod huic consecaneum videbitur:

II. Num Doctoralis dignitas, sive (ut latiniùs loquar) Jcti titulus, dedecoret aut obfuscet generis Nobilitatem, Nataliumq̄ue